



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.50. Decimæ pro Palæstina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

puus habetur. Is est, qui hoc anno 1274 ad Lugdunense Concilium delatus, ibi approbationem sui Ordinis obtinuit, & confirmationem eorum, quæ ipse & antecessores pro illo erigendo fecerant. Obiit die Mercurii 22 Aug. an. 1285, nostra ætate a Papa Clemente X an. 1671 Sanctorum numero adscriptus.

Sæcul. XIII.

A.C. 1274.

## §. L.

*Decimæ pro Palæstina.*

Post finem concilii primas Papa curas ad charissimam sibi Palæstinam convertit: edocitusque Regem Philippum Audacem depositam, cum Tuneto rediret, crucem resumpsisse, Legato in Franciam misso Simoni Briensi Cardinali tit. S. Cæciliæ primo Augusti die scripsit, ut bonam <sup>ap. Rayn.</sup> n. 35. Regis voluntatem ac decimas a Concilio in sexennium concessas in bonum terræ <sup>n. 37.</sup> sanctæ verteret, ac populos ad bellum sacrum e cathedris efficaciter animandos curaret. Per alias litteras 12 Octobris datas eum sic informat. Da operam, ut cruce signati per sinceram confessionem, & Sacramentum pœnitentiæ primum conscientias purgent suas, in peccata vetera ne relabantur, caveant, illicitis exactionibus premere subditos omittant, suis in victum vestitumque impensis modum adhibeant, considerentque, ad sum-

Sæcul XIII. sumptus expeditionis sacræ destinatam  
A.C. 1274. pecuniam esse stipem pro noxibus mortuorum templis relictam, & tantundem detrahi sustentationi pauperum, aræque ministrorum necessitatibus.

n. 40.

Etiam ad Archiepiscopos eorumque Suffraganeos hac de materia epistolam circummisit: cuius duo habentur exemplaria, Archiepiscopo Eboracensi alterum, alterum Remensi inscripta. Utrique significat, in concilio hanc maxime ob causam convocato statutas esse suppetias Palæstinae ferendas, seque generali transmissioni diem protinus præfixurum: & mandat, ut militiam sacram dicæcium suarum populis inculcent cum plena noctarum poenarumque venia, cæterisque cruce signatorum privilegiis ordinariis. Dabat 17 Septembbris.

n. 43.

Post mensem nempe 23 Oct. sancti-  
nem edidit, per quam decimas a Concilio  
imperatas moderabatur, hoc onere pro-  
fus eximens lepris infectorum & hospita-  
les domos, sicut etiam Virgines Deo di-  
catas, quarum redditus essent tam modici,  
ut hos supplendi causa mendicare publi-  
ce cogerentur; atque Clericos secula-  
res, quorum proventus ecclesiasticus se-  
ptem libras Turonicas non excederet.  
Verum omnes hi apparatus ad bellum  
sacrum effectu caruere: nec ulla expe-  
ditio

ditio generalis ob Palæstinam suscepta  
fuit amplius.

Sæcul.XIII.  
A.C.1274.

§. LI.

*Papa Rudolphum agnoscit Regem  
Romanorum.*

Eodem tempore Papa litem de Occidentis Imperio e maximis belli sacri obstaculis unum, quod non præviderat. tollebat. Nam Alphonsus Castellæ Rex eo semper aspirabat, post Richardi Angli obitum non esse sibi competitorem amplius, & Rudolphum Habspurgicum danno suo eligi haud potuisse perhibens. Papa tuebatur Rudolphum, spe captus, fore, ut is tesserariæ crucis exercitum ducat: scripsitque Alfonso plures litteras humanas admodum, sed urgentes; in quibus persuadere illi studebat, æquitatem ac ipsius honorem, ut peculiari commodo suo commune Christiani orbis, ac præsertim terræ sacræ bonum præponeret, postulare, ipsumque nullum reapse jus habere ad Imperium, cum Aquisgrani Rudolphus, non vero ipse, coronatus esset. Nondum cedens Alphonsus Papæ significavit, se ipsi & affore coram, & instar majorum suorum per omnia semper paritum esse.

Interim Papa Rudolpho ita scripsit:  
De consilio Cardinalium te nominamus

*Hist. Eccles. Tom. XXI. T t Ro-*

Rayn. n. 45.  
50.

n. 54.

n. 55.